per eandem rationem que prius facta fuit: videlicet quod cōcursum
predictorum non potest impedire nisi oppositio clari et obscuri: cui-
dentis et incuidentis: sed illa non impedit vt prius probatum fuit:
ergo possunt simul stare: et satis durum videtur dicere quod fidelis
acquirens scientiam quod deus sit vnus non credat ipsum esse vnū:
quia ipsemet deus hoc in scriptura sacra reuelauit. Alia autem sic
subsunt fidei quod secundum communem cursum humane cogni-
tionis non sunt demonstrabilia: vt deum vnum in essentia esse tri-
num in personis: et illud suppositum esse deum τ hominem: τ de his
pari viatores sic habent fidem τ actum fidei quod nō possunt de eis
habere actum scientie: nec per consequens habitum acquirere non
propter oppositum euidentis τ incuidentis: quia illa sublata est ex
precedentibus: sed propter cōditionem materie que non est demon-
strabilis aut simpliciter: aut huic scilicet viatori secundum commu-
nem cursum. Et circa hoc ostendentur tria. Primum est quod non
potest demonstrari quod ita sit sicut ponit articulus. Secundum est
quod non potest demonstrari quod articul⁹ nihil impossibile includat.
Tertium est quod non omnes rationes que possunt adduci con-
tra articulum possunt sic solui quod scientifice constet de earum so-
lutione. Primum patet: quia si articulus posset demōstrari vel hoc
esset a priori et per causam vel a posteriori et per effectum: non pri-
mo modo: quia licet aliqui articuli habeant causam: puta articu
lus incarnationis et quidam alij: illa tamen causa quo ad articuli
existentiam actualem est voluntas diuina que secūdum se est nobis
innota. Etiam articulus trinitatis causam non habet quare articu-
li non possunt demonstrari a priori: item nec a posteriori siue per effe
ctum quia effectus ducit in cognitionem cause secūdum illud quod
ab ea procedit: sed nullus effectus apparēs nobis procedit a deo nisi
secundū illud quod est vnum et commune cuilibet persone intrin-
sece: scilicet �means rationem scientie potentie et voluntatis (vt infra
patebit) ergo nullus effectus potest nos ducere in cognitionem dei
quantum ad distinctionem personarum: sed solum quantum ad vni-
tatem essentie et attributorum essentialium. Omnes enim articuli
includunt articulum trinitatis aliquo modo sicut articuli pertinen
tes ad humanitatem Christi includunt distinctionem persone filij
ab alijs personis sicut esse incarnatum passum τ resurrexisse τ hu-
iusmodi quare τc. Item demonstrationi assentit homo necessario ve
lit nolit: sed articulis non assentit homo nisi libere volens (vt dicit
Augustin⁹) alioquin gētiles philosophi potuissent et adhuc possent
necessitari rationibus nostris ad assentiēdum fidei articulis: quod
non est verū: ergo articuli fidei nō possunt demonstrari: nec aliquis
adhuc visus est qui demonstratiue probauerit quod ita sit sicut po-
nit articulus. Secundum scilicet quod nō potest probari demonstra
tiue quod articulus nihil impossibile includat patet: quia talis de-
monstratio cum non posset esse a priori et per causam (propter illa
que dicta sunt prius) sumetur ex his que apparent ex creaturis: sed
apparentia ex creaturis magis videtur cōludere impossibilitatem
articuli q̄ possibilitatem: ergo τc. minor probatur quia in creaturis
apparet quod impossibile est supposita distingui per relationes: sed
distinguntur necessario per absoluta. Cuius oppositum ponitur in
articulo trinitatis. Item in creaturis natura completa in genere
substantie constituit proprium suppositum nec potest subsistere in
supposito alieno. Cuius oppositum includit articulus incarnatio-
nis. Et similiter in alijs: ergo in his que apparent magis posset
concludi impossibilitas articulorum quam possibilitas. Itez quic-
quid est in deo intrinsece necesse est ibidem esse vel impossibile est
ibi non esse. Et quicquid nō est in deo impossibile est ibi esse (nec
enim potest aliquid euenire deo cōtingenter aut ab ipso recedere quo
ad illa q̄ sunt intrinseca Sed deū trinū in pſonis est deo intrinsecus:
ergo necessariū est deū esse trinū: vel ipossibile est nō esse trinū: sed nō
pōt demōstrari q̄ de⁹ sit trin⁹ vt ꝓbatū est: ergo nec demōstrari pōt
quod sit possibile deū esse trinus. Ad vnum enim sequitur aliud vt di-
ctum est. Item meritum fidei consistit in difficultate actus eius: sed
si posset demonstrari quod articulus fidei est possibilis actus fidei
circa articulum nihil vel modicum difficultatis haberet. Non enim
est multum difficile credere illud esse factum quod demonstraretur
possibile fieri ergo hec ostensio tollit vel quasi tollit meritum fidei.
¶ Tertium patet scilicet quod non omnes rationes adducte contra
articulum possunt solui sic quod clare et scientifice constet de eorum
solutione. Ad quod videndum notandum est quod ratio que addu-
citur contra articulum aut peccat in forma arguendi et tunc potest
eam soluere scientifice quicunq; scit artem libri Elenchorum: aut
peccat in materia eo quod assumit falsam propositionem: vtpote si
sic argueretur quod semper in distinctis suppositis est distincta na-
tura: sed in diuinis natura nō potest distingui: ergo nec suppositum.
Ratio ista non peccat in forma sed materia: quia maior propositio
non est vera vniuersaliter sicut assumitur: sed tantum in creaturis.
Cum ergo talis non soluitur per interemptionem propositionis que
solum habet instantiam propositio in quo datur vel de quo (scilicet
in diuinis) nunquam potest clare et scientifice constare de tali solu-
tione certe non vt videtur: quia per idem τ eodem modo constat de
falsitate propositionis affirmatiue τ de veritate negatiue sibi oppo-
site: quia eadem est de causa vtriusq; sed de veritate huius negatiue
scilicet quod in diuinis non distinguitur natura distinctione suppo-
sitorum nec econtrario: non potest clare constare τ scientifice: sed so-
lum per fidem que hoc ponit: ergo de falsitate affirmatiue sibi oppo
site (scilicet quod semper distinguatur natura vbicunq; distinguun-
tur, suppositā) non potest constare clare τ scientifice sed solum per fi-
dem que hoc ponit. Sic ergo patet quod considerando fidem secun-
dum specialem materiam de qua est que non est demōstrabilis: aut
simpliciter: aut huic scilicet viatori (qualis est fides articulorum) fi-
des τ scientia non stant simul in eodem τ de eodem: quia viatori non
potest demonstrari quod ita sit sicut ponit articulus nec quod articu
lus sit possibilis: nec rationes contra articulum possunt solui clare τ
scientifice secundum communem cursum quo a nobis habetur theo
logia. Dico autem secundum communem cursum propter duo. Pri
mum est quia aliqui bene ponunt quod vera scientia (quam dicunt
abstractiuam) potest habere a puro viatore quod deus sit vnus τ tri-
nus: sed non secundum communem cursum: sed virtute diuina τ mi
raculose: de hoc tamen suo loco inquiretur. Secundum est quia vide
tur quibusdam quod apostoli: τ illi qui viderunt christum miracula
facientem τ suscitantem mortuos in testimonium sue diuinitatis: τ
sue doctrine habuerunt veram scientiam de diuinitate christi: et de
veritate sue doctrine: quia necessarium per se notum est tam infideli
quam fideli deum non posse mentiri. Cui ergo notum esset deum ali
quid dicere vel facere in testimonium alicuius rei: ille haberet ex per
se notis scientiam de re dicta vel testificata. Qualiter autem posset
esse alicui per se notum deum aliquid dicere vel facere in testimq-
nium alicuius rei dicunt dupliciter: vno modo si beatus vides deū
per essentiam videret ipsum mouere intellectum alicuius ad assen-
tiendum alicui veritati: τ iste modus non cōpetit viatori. Alio modo
si aliquis videret aliquem effectum excedētem totam virtutem crea
ture fieri in testimonium alicuius rei. Ex hoc enim sciretur q̄ deus
faciens talem effectum testificaretur illud ꝓpter quod fieret. Et hoc
modo apostoli τ illi qui viderunt resuscitationem lazari quatriduā
ni in testimonium veritatis christi sciuerunt deum testificari quod
christus esset deus τ hoc modo habuerunt per hoc scientiā quasi per
talem demonstrationem procedentem ex per se notis eis: quicquid
deus testificatur est verum: sed deus per tale factum testificatus est
christum esse deum: ergo christus est verus deus. Et per consequens
habuerunt scientiam quod doctrina tota quam audierunt a christo
quem sciebant esse deum fuit vera. Quicquid fit de modo quo beati
possunt videre deum aliquid dicentem: modus tamē assignatus pro
viatoribus non videtur verus propter trta. Primum est quia demō
stratio necessitat intellectum ad assentiendum: sed aliqui qui
viderunt christum resuscitantem Lazarum τ alia miracula facien-
tem non assenserunt q̄ ipse esset deus: vt patet Joannis. xj. q̄ō etiam
christus exprobrando dicit Joan. xv. Si opera non fecissem quę ne-
mo alius fecit peccatum non haberent: ergo illa nō fuerunt sufficien
tia ad probandum demonstratiue christum esse deum. ¶ Secūdum
est quia si apostoli habuerunt per talia scientiam de christo q̄ ipse
esset deus: τ per consequens q̄ doctrina eius esset vera: sequeretur q̄
extunc nihil meruerint in credendo predicta: quia scōm Grego. in
homel. de octauis pasche. Fides non habet meritum vbi humana ra
tio prebet experimentum: hoc autem forte videretur inconuenienſ:
quare τ illud ex quo sequitur videlicet q̄ apostoli habuerunt de tali
bus scientiam. ¶ Tertium est dare q̄ esset per se notum aliquē effe-
ctum fieri a solo deo: sicut fuit resuscitatio Lazari: tamē non esset per
se notum q̄ hoc fieret ad testificandum hoc q̄ diceret iste vel ille qui
predicaret miraculum: quia de nullo homine est per se notum q̄ non
possit dicere falsum ex ignorantia vel malitia: nec de christo fuit hoc
per se notum: sed solum creditum ab illis qui crediderunt ipsum esse
deum: τ quantūcunq; etiam aliquis videatur verum dixisse in vno:
non est propter hoc per se notum q̄ dicat verum in alio: posito ergo
q̄ deus dixisset q̄ christus resuscitaret Lazarum ad testificandum
q̄ ipse christus esset verus deus: τ constaret euidenter de resuscita-
tione Lazari facta a deo et quo ad hoc de veritate christi predicantis
talem resuscitationem: non tamen propterea esset per se notum quod
christus verum dixisset pro illo addito: scilicet q̄ illa resuscitatio fie-
ret in testimoniū q̄ ipse deus esset. Sed diceret aliquis q̄ imo quia
deus non perhibet testimonium falsitati: sed si christus non fuisset
deus: τ tale miraculum factum fuisset a deo christo inuocante deum
vt per tale miraculum testificaretur ipsum esse deum: sequeretur q̄
deus faciendo tale miraculum ad talem inuocationem perhibuisset
testimonium falsitati: quare τc. ¶ Et ad hoc dicēdum q̄ si deus per
talem inuocationem christi faceret miraculum: tunc esset in testimo-
nium illius inuocationis: sed quantumcunq; concurrant talis inuo
catio τ miraculum nō est tamen per se notum q̄ miraculum fiat ob
talem inuocationem: quia aliquis potest per reuelationē scire quid
facturus sit deus: τ ignorare propter quid debeat fieri: τ propria pre-
sumptione vel malitia coniecturare vel fingere ac dicere q̄ deus fa-
cturus sit illud propter aliud q̄ fiat a deo. Donum enim prophetie
commune est bonis τ malis: τ talis sic dicens falsum dicit: sed deus
faciens miraculum quod predicitur non testificatur falsum: quia nō
facit miraculum propter illud q̄ alius dicit quamuis simul concur-
rant: τ sic non est per se notum q̄ miraculum fiat ad testificādum di-
qui credunt ipsum esse deum: τ per consequens non posse mētiri: pro-
pter quod minor propositio rationis (quam alij vocant demonstra-
tionem) non est per se nota. credo ergo q̄ apostoli per nihil q̄ audite-
rant a christo vel viderunt fieri ab eo: habebant scientiam proprie di
cta q̄ ipse esset deus quāuis ex concursu talium miraculorum cum
mus articulus questionis: scilicet qualiter fides τ scientia possunt si-
mul esse de eodem τ qualiter non: τ q̄ theologia prout dicit habitum
vnum: τ huiusmodi non est proprie scientia τ simpliciter. ¶ Hunc vi
dendum est de alio articulo principali: scilicet vtrum theologia acce-
ptā pro habitu eorum que deducuntur ex articulis fidei sicut conclu-
siones ex principijs sit vere τ proprie scientia: sic enim vt dictum est
prius theologia sumitur communius (nescio si verius vel proprius)
quod pro tanto dico quia illa que quidem dicunt deduci ex articulis
magis

B

C Rota.

D Impropba tio. Apli per opa spi si habuerit euidentiā de sua doctrina.

E

F

G

H Instātia.

I

K Secūdus articul⁹.